Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia

[Speyer], nicht nach 1483

De Principe tenebrar et sociis eius

urn:nbn:de:bsz:31-86542

Visual Library

Ipsi aūt immūdi spūs erāt m̄gri sicut carbō
nes. oculi eoꝝ vt lampades ig̃ns ardētes.
dentes vero eoꝝ m̄ue cādidiores. Caudas
habebāt vt scorpiones vngues ferreos. a:
cutas alas vt vultures. Interea affuit an:
gelus dñi qui fugatis spiritibus tenebraꝝ
cōsolatus est ream suā dicēs. Gaude et le:
tare filia lucis. qr miscdiaz et nō iudicium
cōsequeris. Penas quidē magnas videbis.
sed eas nō patieris. Vem̄ ergo et ostēdam
tibi pessimū hūam̄ generis m̄imicū. Et p̄ce:
dens ad portas m̄feri dixit. Vem̄ et vide.
Scito tñ qd̄ nullū lumē his qui hic dep̄sen:
tantur lucet. ꝫ tu poteris eos videre et ip̄i
non videbūt te.

De Prm̄cipe tenebraꝝ
et socijs eius.

ꝑpropinquās aūt anima vidit prin:
cipem tenebrarum et profunduz in:

ferm̄ · Que autem̄ et qualia ibi viderit m̄ audita tormenta si centum capita et in vno quoq3 capite centum linguas habe- ret enarrare nullo modo posset · ibi visus est princeps demonum qui magnitudine precellebat omnes bestias quas ipse tun- dalus antea viderat · Cuius quantitati corporis ipsa que viderat anima nichil scie bat comparare · Erat illa bestia nigerrima sicut coruus formam habens humani cor- poris a pedibus vsq3 ad caput excepto qd̄ plurimas habebat manus · Habebat etiā et caudam · Habebat enim non minus mil- le manus · Habebatq3 in longitudine qua si centum cubitus · in grossitudine vero de cem · Vna queq3 manus digitos vicenos habebat · et digiti eius habebant in lon- gitudine centenas palmas · grossitudine vero denas · Habebant vngues lāceis mul tum grossiores · et longiores · et ipsos fer reos · In pedibus totidem · Rostrum eius nimis longum et grossum · Cauda asperri- ma et longa ad nocendum animabus · acu leis acutissimis preparata · Iacet autem il lud horribile monstrum super cratem · suppositis ardentibus prunis · et innume- rabili multitudine demonibus follibus suf flancium · Circumdat autem ipsum tanta

multitudo demonum · et ammarum · q̃ nul
li credibile esset · quod mundus tot ammas
parere posset a principio · Ligatus est au
tem hostis ille antiquus · p̃ singulas mem
brorum iuncturas cathenis ferreis · et e=
reis igntis · et valde grossis · Cum sic
versatur in carbonibus · et vndiq̃ con=
buritur nimia exardescens ira · vertit se
de vno latere in aliud latus · et omnes ma
nus suas · in illa multitudine ammarum ex
tendit easq̃ repletas ammabus · constrin
git sicut rusticus siciens racemos compri
mit · vt inde vnum eliciat intantum · vt
nulla sit ibi amma · que tali contricione
non priuetur capite vel pedibus aut ma=
nibus · Et tunc suspirans sufflat et spargit
ammas · in diuersas partes gehenne · Et
statim eructuat puteus ille · de quo pre=
diximus fetidam atq̃ horribilem flammã
Et cum retrahit anhelitum suum · dira il
la bestia · retrahit ad se omnes ammas · q̃s
ante sparserat · et cum fumo et sulphure ·
in os eius cadentes deuorat · Sed et que
cumq̃ manus eius effugerint ne stringan
tur · illas cum cauda sua percutit · Et mi
sera illa bestia percuciens semper percuti=
tur · et tormenta ammabus inferens in tor
mentis omnibus · super omnes cruciatur ·

Tunc ait angelus ad ammam. Hic est lucifer principium creaturarum dei. qui versabatur in delicijs paradisi. Qui si solutus fuerit celum. simul et terram. usq; ad inferos cuncta conturbaret. Hi autem qui cum eo sunt. partim sunt angeli tenebrarū. partim filii ade. et iam iudicati sunt. et multos expectant. qui vel cristum negauerunt vel negantium opera fecerunt. Passi sunt autem ea que vidisti prius minora tormēta et postea ducti ad ista. de quibus tormētis nullus qui semel ea intrauerit. amplius exire poterit. Hi prelati. et principes mali. de quibus scriptum est. Potentes potenter tormenta patientur. Qui scilicz nō bene usi sunt potentia sibi a deo data. Tunc ait anima ad angelum. Quare potentia nō bonis datur. ut bene prefint. Respondens angelus. Aut subitorum culpe hoc exigunt. ut bonos rectores non habeant. Aut ipsis bonis in hoc parcitur ut saluti animarū suarū melius prouideant. Hic autem infelix princeps tenebrarum dictus est. non propter potentiaz quam habeat. sed propter primatum quem tenet in tenebris. Omnes autez alie pene. quamuis sint maxime respectu huius. pro nihilo computantur. Ad hec anima. Verum certe est. Nam videre tantummodo locum istum. magis me contur-

bat. et fetorem eius sustinere plus me gra
uat. quam pati omnia que ante paciebar.
Vnde rogo si potest fieri. vt hinc me sub=
trahas cito. et hic me cruciari amplius
non permittas. Hic enim video multos
cognitos. et sodales. et natos meos. quos
mecum in seculo gaudebam habere socios
quorum hic consorcium. multum abhor=
resco. Scio autem procerto. quod nisi mihi
diuina succurrat gracia. meritis meis exi=
gentibus. non minus ista paciar. Ad quā
angelus. Veni o felix anima. conuertere in
requiem tuam. quia dominus benefecit ti
bi. Non enim hec pacieris. neq; amplius
nisi promerueris ista videbis. Huc vsq; vi
disti inimicorum dei carcerem. ammodo vi
debis amicorum dei gloriam.

De Statu mediocriter
malorum et bonorum.